Brema

Tuus olim Rector
Johannes Molang.

[An Vardemann]

287)

[= Arcv. d. J. Nr. 297]

Pax Christi.

Ut me Vardemanne subinde angit cogitatio
status vestri: sic vos scio vicissim teneri desi-
derio rerum nostrarum. Et quoniam in tem-
pestate (quod ajunt) domi manendum est; Debe-
mus utrique alterius animo obsequi crebra litera-
rum reciprocatione. Quam quidem ego ad rem
adeò sedulus non fui, ut hunc totum Julium
consumpserim literis ad amicos, aut ad disci-
pulos scriptitandis: Vix credas in hoc otio
non me minus negotiosum esse: quam cum ver-
sarer in ~~nostra~~ media palaestra: Et nescio
quo modo ad senectutem usque in assidua conten-
tione versatus: nullam mihi ipse requietem
indulgere possum. Ut igitur de nostris rebus
certior fias, valemus etiam nunc, Ego, Uxor, li-
beri, duo Magistri, Nicolaus, uxoris mater et
ancilla.

Multas interea familias honestas pestis in-
fecit, dum nos Deus et Dominus noster Jesus
Christus incolumes conservat. Adjuvamur
haud dubiè vestris, et quorundam bonorum
precationibus, quas Deus exaudit potissimum
nunc, cum in angustiis sumus. E quibus etsi
nondum emersimus: adhuc enim illa res
nobis et Camin: astrum minantur: tamen
bonâ spe nitimur, futurum, ut ubi hic
aestus se remiserit contagionis quoque
incendium defervescat, et scholares ali-
quot sub adventum hyemis, tanquam gru-
es in nidum relictum colligantur. Quam
vellem videre diem illum, nihil esset

me lectis nihil alacrius ad laudes Dei in nova
certa praedicandas. Sed haec ejus clementiae
permittamus. Vos interea me dilecti famili-
ares vestro studium, in quo nunc estis, provinciae
incumbite. Nihil est, quod magis deceat istam
aetatem vestram: quam inexplebilis quaedam
cupiditas, artes, artesque quam optimas, quam
avidissime discendi. Agite igitur bonis prae-
diti ingeniis adolescentes, Nicolae Camper Ge-
orgi Bremer, Gerarde Lakeman, Melchior Bla-
ke, Melchior Brummer, Libori von der Henri-
ce Thorens, Marcelle Brummer, et si qui estis
alii Bremensis scholae cives, qui amare sole-
tis honesta studia, et Magistros bonarum arti-
um reveriti estis inde usque ab ineunte pueritia
facite ut verê recreer ac reficiar consolatio-
ne, cum rescivero vos vestro studii, et Magi-
stro Joh. Wartemanno in perdiscendis lectioni-
bus, in pertractandis thematibus et in moribus
honeste regendis obsequentes et morigeros
esse. Cogitate hunc vobis meo loco constitu-
tum esse, ut eum honore et reverentia com-
plectamini tanquam me ipsum. Ante omnia
vero exercete pietatem erga Deum, et erga
parentes, quorum in oculis nunc vivitis,
ut delectati studiis, moribusque vestris glori-
ficent in vobis Deum, et solido gaudio per-
fundantur. Vobis paucis omnes scholastici
Stadenses in incident oculis animisque, nullū
dictum factumve vestrum potest obscu-
rum esse. Si non facietis, quod vobis, vestroque
institutione dignum est, delicta vestra in
hunc senem Rectorem refundentur: Sin

eritis studiosi artes, nitenti concordes, qui
et tractabiles, docenti auscultantes, vt time-
re Dei, ita demum et parentes vestros
honore prosequemini, et vobismet ipsis
tandem invenietis. Tu vero Valdemanne
meorum familiarium custos fidelissime, noli
defatigari, aut languescere. Proposita
tibi est honestissimi laboris materia,
quae posthac in cumulum gloriae tuae redun-
dabit. Invidere omnes nihi Cait Comiegille
et mordere clanculum: Ego non flocci pen-
dere. Atque hoc ille illiberalis animi stu-
dio perfici potuit: Quid vos liberalium
artium magistri, nonne multo magis
clancularios invidiae morsus contemnere,
et benefaciendo superare debemus: praeser-
tim si cogite . . . . omnipotentes
[illegible] esse, quod ipso freti dies noctesque ur-
gemus, sed jampridem confirmatum est tuo
animis [illegible] leges hortatoris. Vale. 5. Idus
Augusti 1577. Bremae
Dic salutem D. Cos. Lacken, amicis tuis
D. Sen. Campe et pueris nostris. Johannes Molanus.

288

Pax Christi. [An Unbekannt]

[= Mscr. a. 7: Nr. 298]

Quinto Idus Augusti diligenter isthuc scripsi,
sed tertio demum Idus meae literae in Coi-
aedibus tabellario datae fuerunt. Opinor e-
as nunc tandem vobis redditas esse. Hor-
tor iis adolescentes nostros ad obsequi-
um docenti debitum, et ad diligentiam
discendi, quas res ultro in eis esse sitas
ex tuis literis cognovi cum voluptate.
De mercede aut loco nihil est, cur me,